num quod | ex gradu hereditario[1] pos|sederat, hoc nomen supra s. | et libertis libertabusque, | posteris eorum. | In fronte p. XV, | in agro p. XV.

Ostiae, iam Romae (XIV 525 vidit Bormann). — 1) Similiter VI 17078.

8300 d. m. | P. Aemilio Cononi | Augustal. corp.[1], | homini vericundo *(sic)*, cuius munim. | sepulturae donationis causa con|cessit Betubia Euresis praeter | cubiculum unum. Hoc munim. | Cono sibi et libert. libertabusq. suis poster. aeor.

Puteolis ut videtur rep., est Neapoli (X 1870 vidit Mommsen). — 1) Augustali corporato (cf. N. 6328. 6328a).

8301 Caviae Fortunata[*e*] | et Caviae Feliculae, | concessum aeis | donationis causa a. P. | Cavio Restituto ex asse, | et libertis libertab.-qua[*e*] | posterisque aeorum. | In f. p. XXIIIIS, in a. p. XX.

Ostiae (XIV 790 vidi).

8302 M. Valerius Dius | fecit Valeriae Chreste | lib. suae carissimae et | M. Valerio Tertio lib. suo | et Valeriae Primae lib. suae. | Hoc monimentu L. Titurius Sabinus se viv o donavit L. Salvio Symphoro mancu|pavitque sestertio nummo uno[1].

Romae (VI 27988 vidit Kiessling). — 1) Cf. supra N. 7912 not. 2.

8303 loco donato man|cipato a Publicia | Sabastonice et | ab Arrio Trop[*h*]i|mo herede | eius. | In f. p. XVIs, | in ag. p. VIIII.

Romae ut videtur rep. (VI 25165 Henzen vidit exemplum novicium).

8304 d. m. | C. Cluturius Filetion | Secundie Victorie | coniugi dulcissimae | inconparabili bene | merenti fecit, loco | concesso ab Aurelio | Aug. liberto Agapeto | et ab Ulpia Festa opti|mae feminae *(sic)* et ab | Aurelio Aug. liberto | Hermetiano filio | heorum, quorum beni|gnitate et pietate heo|rum accepta patronos | mihi atque sibi[1].

Romae (VI 15860 viderunt Ritschl et Michaelis). — 1) Ultima non intelleguntur.

8305 dis manibus | P. Aeli Pontiani qui | vixit annis XVIII | mese uno diebus XIIX, | parentes filio dulcissi|mo locum precario petier|runt *(sic)* a T. Eredio Gaio.

Romae, deinde Florentiae (VI 10768 vidit Henzen).

8306 Ser. Cornelio | Iuliano frat. | piissimo et | Calvis[*i*]ae eius | P. Calvisius | Philotas et sibi | ex indulgentia | Flaviae Domitill.[1] | In fr. p. XXXV, | in agr. p. XXXX.

Romae, rep. ad viam Ardeatinam in fundo cui nomen Tor Marancia (VI 16246 vidit Henzen). — 1) Neptis Vespasiani, uxor Flavii Clementis, a. 95 relegata utpote Christiana cf. Dio 67, 14, al. Ab ea nomen traxisse 'coemeterium Domitillae' ad viam Ardeatinam (de Rossi Rom. sott. I p. 131, bull. crist. 1878 p. 46) coniecit de Rossi Roma sott. I p. 267.

archive.org